

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicicia cd  
cum fonte primo

Nunquid amici noui

anteponendi sunt ueteribus ut equis uetus  
teneros anteponere solemus? Hec indigna  
homini dubitacio  
est;

uetustissima quoque debent esse suauissima

in amicicia.

Seneca ibidem (in extrema parte  
epistolarum) et Tullius.

Exsistit autem hoc loco  
quaedam quaestio subdifficilis:  
num quando amici novi  
digni amicitia  
veteribus sint anteponendi, ut equis vetulis  
teneros anteponere solemus. Indigna  
homine dubitatio:

non enim debent esse amicitiarum,  
sicut aliarum rerum, satietates;  
veterrima quaeque, ut ea vina quae  
vetustatem ferunt, esse debent suavissima,  
verumque illud est quod dicitur,  
multos modios salis simul edendos esse  
ut amicitiae  
munus expletum sit.

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de amicitia*,  
67 (J.G.F. Powell ed., pp.349-50, ll.27-30, 1-  
5).